



**D. D. Emanuelis Gonzalez Tellez, In Inclyta Salmanticensi
Academia Collegii Majoris Conchensis Alumni, &
antiquioris vespertinæ Sacrorum Canonum Cathedræ
proprietarii Interpretis; in Pinciano Sanctæ ...**

Additis Notis uberioribus ab Historia, & Chorographia

Complectens Librum Quartum

**González Téllez, Emanuel
Francofurti Ad Moenum, 1690**

Caput I. Ex (a) Burchardo lib. 18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74533](#)

C A P U T I X.

(a) Gregorius IX.

Vir, qui à stipite quarto gradu; & mulier, quæ ex alio latere distat quintus, secundum regulam approbatam, quâ dicitur: Quoto gradu remotior differt à stipite, & à quolibet per aliam lineam descendantium ex eodem, licet possunt matrimonialiter copulari.

N O T Ā.

(a) **G**regorius. IX.] Qui præsentem constitutum textus in cap. quia 4. hoc titul. ubi Commen-

tationem fecit, ut exponeret decisio-

nem textus in cap. quia 4. hoc titul. ubi Commen-

tarium dedi.



T I T U L U S X V.

De frigidis, & maleficiatis, & impotentia coeundi.

C A P U T I.

Ex (a) Burchardo lib. 18.

ACCEPISTI mulierem, & per aliquod tempus habuisti, per mensem, aut per tres, aut per annum: & nunc primum dixisti te esse frigidæ naturæ, ita ut non potuisses coire cum illa, nec cum aliqua alia: & si illa, quæ uxor tua esse debuit, eadem affirmat quæ tu dicas, si probari potest (b) per verum judicium ita esse, ut dicitis, separari potestis, eâ tamen ratione, ut si tu post aliam accepteris, reus perjurii dijudiceris, & iterum post peractam poenitentiam priora conubia reparare debetis. Illa autem, si prior post annum, aut dimidium ad Episcopum, aut ad ejus (b) missum proclamaverit, & dicat, quod non cognovisset eam, & negat aliquam committitionem inter vos esse; tu autem affirmas, quod uxor tua sit, tibi credendum est, eo quod vir caput est mulieris: quia si proclamare voluerit, cur tamdiu tacuit? Cito enim & in parvo tempore scire mulier poterit, si secum coire potuisses. Si autem statim in ipsa novitate, post mensem, aut postremum si post duos ad Episcopum, aut ad ejus missum proclamaverit, dicens, Volo esse mater, volo filios procreare, & ideo maritum accepi; sed vir, quem accepi, frigidæ naturæ est, & non potest ea facere, propter quæ illum accepi, si probari potest per rectum judicium, separari potestis, & illa si vult, (d) nubat in Domino.

N O T Ā.

1. (a) **B**urchardo.] Ita etiam legitur in prima collectione, sub hoc titul. c. i. reperitur textus hic in Decreto Burchardi lib. 19. sib. tit. de dissidio conjugii. Totum illum librum Burchardus ex diversis penitentialibus, Romano videlicet, Bedæ, & Rabani, & ex diversis sententiis Sanctorum compositus pro medela peccantium, de quo Decreto, & ejus antiquitate egi in apparatu ad hæc Commentaria.
2. (b) **V**erum judicium.] Quod justum dicitur in cap. quod autem 33. q. l.c. 5. hoc tit. quia verum pro justo, & contra justum pro vero, promiscue à Latinis Authoribus usurpari notavit Budeus ad D.D. Gonzal. in Decretal. Tom. IV.
- l. 3. ff. pro focio; & illustravit Radulfus Forner. lib. 1. rer. quotid. cap. 19. unde in l. ult. ff. de jure delib. verus filius pro justo & legitimo ponitur, ut ibi notavit Accurs. & in l. 2. C. de rescind. vendit. verum primum, & justum, pro eodem accipi notavit Guillerm. Forner. lib. 2. select. c. 19. & mariti dolor ob uxorius adulterium, qui justus dicitur in l. si adulterium 38. S. Imperator, ff. ad leg. Jul. de adult. verus appellatur in l. quamvis 30. C. cod.
- (c) **M**issum.] Missus quis sit, exposui in cap. i. de communis eccles.
- (d) **N**ubat in Domino.] Verba sunt Pauli Apostoli in epistola 1. ad Corinth. quæ refert Gratianus in princip. 33. q. 2. & exponemus in cap. i. de secunda. nupt.